

Band XI., Nr. N5721, Seite 569

*Ritter Konrad zu Weiler genannt von Talheim und seine Söhne schenken an
Kloster Lichtenstern einen Wald als Ausstattung zweier Töchter bezw.
Schwestern.*

Ohne Ortsangabe, 1295. Juli 2.

Noverint universi ad quos presens scriptum pervenerit, quod ego Cunradus miles in Wiler dictus de Talheim [et filii] mei Gebeno Rūpertus et Albertus silvam prope Claram Stellam sitam quam multis annis nomine feodi a dominio Lewen[stein] possedimus nunc de manu domini Alberti comitis de Lewenstein iure proprietario suscepimus possidendam hac tamen condicione quod ego Cunradus et prefati heredes mei libertati bonorum nostrorum in silva que vulgaliter dicitur Kostbuheler helde und daz Selhech penitus ab[ren]untiantes de manu prefati domini Alberti comitis de Lewenstein iure feudali loco iam dicte silve suscepimus in posterum possidenda. Preterea constet omnibus tam modernis quam posteris, quod ego Cunradus et supradicti filii mei ob remedium animarum nostrarum ad sustentationem et annonam sanctimonialium in Clara Stella multiplicandam in elemosinam filiabus meis Demudi scilicet et Margarete condonavimus prefatam silvam iusto tytulo proprietatis perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium presentes litteras confirmatione sigillorum domini comitis ac comitisse de Lewenstein nec non meo proprio feci roborari. Testes horum sunt milites Albertus dictus Brennemul et Berngerus de Nūwehusen et alii quam plures fide digni.

 Acta sunt hec anno domini MCCLXXXV., VI. nonas Julii. In nomine domini.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An der Urkunde drei beschädigte Siegel: 1) Das runde Siegel des Grafen von Löwenstein auf linkshin springendem Ross, in der Rechten das Schwert, am linken Arm den Schild mit dem Löwen, als Helmzier zwei gestürzte Barben. 2) Das spitzovale Siegel der Gräfin Luccardis von Löwenstein, ca. 55, 40 mm: Die stehende Gräfin, die Linke auf den Schild mit dem Löwen stützend, in der Rechten den Helm mit zwei gestürzten Barben emporhaltend, vgl. zu beiden Siegeln die Beschreibung zu Urkunde Nr. 3777 (WUB, Bd. IX, S. 227). 3) Das runde Siegel des Vogts Konrad von Talheim, ca. 45 mm, in dem mit Efeuranken verzierten Siegelfeld der Schild mit Schrägrechtsbalken.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 498 U 16

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Lichtenstern Wohnplatz (2063)
 Lichtenstern, Löwenstein, HN
 Löwenstein Wohnplatz (2065)
 Löwenstein, HN
 Neuhaus Wohnplatz (6548)
 Neuhaus, Sinsheim, HD
 Talheim Wohnplatz (2214)
 Talheim, HN
 Weiler bei Weinsberg Wohnplatz (2317)
 Weiler bei Weinsberg, Obersulm, HN